

## Sallusti Crispi: De Catilinae Coniuratione 5, 1-9:

1) L.Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. 2) Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem exercuit. 3) Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae, supra quam quoiquam credibile est. 4) Animus audax, subdolus, varius, quois rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. 5) Vastus animus inmoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. 6) Hunc post dominationem L. Sullae lubido maxima invaserat rei publicae capiundae, neque, id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. 7) Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra memoravi. 8) Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant. 9) Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere ac paucis instituta maiorum domi militiaeque, quo modo rem publicam habuerint quantamque reliquerint, ut paulatim inmutata ex pulcherruma atque optuma pessuma ac flagitosissuma facta sit, disserere.

vi/ingenio esse (abl. qualitatis)	Kraft/Charakter, Veranlagung haben
pravus, -a, -um	schlecht, missraten
intestinus,-a, -um	innerer, innerlich (im Innern des Landes)
rapina, -ae f.	Raubzug, räuberische Erpressung
patiens, -ntis (m. Gen. obiectivus)	unempfindlich gegen
inedia, -ae f.	Hunger, Verzicht auf Essen
algor,-is m.	Kälte
vigilia, -ae f.	Wachen, Verzicht auf Schlaf
subdolus, -a, -um	verschlagen
varius, -a, -um	unberechenbar
quoiuslibet rei = cuiuslibet rei	jeder beliebigen Sache
simulator - dissimulator	Vortäuscher - Ableugner, Verleugner
profusus, -a, -um (m. Gen. obiectivus)	verschwenderisch
invadere, invado, invasi, invasum	eindringen, befallen (wie eine Krankheit)
adsequi = assequi, assequor, assecutus sum	erreichen
dum = dummodo	wenn nur
quicquam pensi habere	etwas an Abwägung haben = Skrupel haben
res familiaris	Vermögen (Sachwerte einer Familie)
vexare	quälen, umtreiben, zusetzen u.ä.